

*isti boni viri ydola ador-* braaman adorant ydola & magis procedunt secundum auspicium & secundum actus  
*ant & procedunt secun-* & motus auium & bestiarum aliquibus hominibus de mundo. & dicemus uobis  
*dum auspicium* in parte de consuetudine & moribus eorum habent equidem huiusmodi con-  
suetudinem inter ipsos quia omnibus diebus de ebdomada apposuerunt unum  
signum qualem uobis declarando ducemus si accidit quod aliquod forum faciant  
alicuius mercimonij ille qui vult emere exurget et respicit umbram suam in solem  
& querit de nomine illius diei in qua est & facit mensurari umbram suam & si  
est tam longam ut debet esse in illa die forum completur. & si umbra non est tam  
longua ut esset debet non completur forum set expectat donec umbra sit in illo  
puncto quem ordinauerunt in lege eorum & quemadmodum de hac die diximus.  
ordinauerunt de omnibus diebus ebdomade uidelicet quantum debet esse longa  
umbra & donec umbra non esset tam longa quemadmodum esse debet nullum  
forum facerent neque aliquod factum eorum set quando umbra est tam longa  
ueluti die quamlibet debet esse tunc faciunt suum forum. Ittem aliud maius nar-  
abimus uobis quoniam quando faciunt aliquod forum in domo uel in alio loco &  
audirent aliquam tarantulam clamare. nam ibi multe sunt & apareat uel audiatur  
ab illa parte quod sit bonum pro eis emunt statim mercimonia & si tarantula 81v°  
apareat uel audiatur ab illa parte que sibi non uideatur bona non emunt & quando  
de eorum domibus exeunt & audirent aliquem hominem reuerti si eis non uidetur  
bonum restant & ult[er]ius non procedunt & quando isti braaman eorum iter  
arripiunt & uident quod aliqua yrundo uolet per supra ipsos uel ante uel a[d]  
dexteram partem uel ad sinistram si eis uidetur secundum mores eorum quod  
yrundo a buna parte uenerit procedunt ult[er]ius & si uidetur eis quod a bona  
parte [non] uenerit reuertentur & isti braaman viuunt plus alia gente de mundo  
*nota*  
*isti plus alia gente viuunt* & hoc est quia parum comedunt & propter magnam abstinentiam quam faciunt  
dentes eorum sunt ualde boni propter quamdam erbam quam in ferculis suis  
uescuntur que multum bene digere facit & est ualde sana humano corpori isti  
uero braaman nunquam flobotomantur de aliqua uena uel de aliquo loco & sibi  
non minuunt sanguine habent etiam inter sse religiosos qui nuncupantur cuigui(?)  
*nota*  
*habent aliquos religiosos* qui viuunt pluri alijs nam viuunt cl anis & cc & tamen se bene possunt de suo  
*qui viuunt cl annis & cc* corpore adiuuare ita quod possunt ire & redire quocumque volunt & faciunt omnes  
*& habent monasteria ydo-* opportunitates monasterij ydolorum & tam bene legunt ita senes quemadmodum  
*lorum* existerent Juniores & hoc propter abstinentiam magnam contingit quia parum &  
bonum comedunt quoniam utuntur in suis comeditionibus magis riso & lacte  
quam alijs rebus & isti cuigui(?) qui tam longo tempore uiuunt comedunt hoc 82r°  
quod uobis dicemus accipiunt enim argentum uiuum & surfurem & simul miscent  
& inde potacionem faciunt & bibunt & dicunt quod hoc eis uitam auget & magis  
ob hoc uiuunt & hoc bis in mense sumunt & iste gentes ab eorum infancia utuntur